



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

B. Nicephorvs Mart. 16. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

ret, Domini vineam neglexisse, morte crudelior
 rem se fuisse: illam corpus peremisse, sese animi
 latronem esse. Igitur funeri affusus non prius à
 precibus lacrimisque, quam à morte defunctus
 surrexit. Et narravit hic jam se ad ignea & tene-
 bris infesta loca abductum poenas ultimas daturum
 fuisse, nisi Ephebus intercessisset candore insignis,
 lacrimisque donatum SEVERI tantisper nuntias-
 set, dum noxas animi expiaret. Expiavit igitur
 has, & septimo post die feliciter obiit. Quid hinc
 illi, quos morituri non è vinea, sed vini tabernâ
 vocant, & sapè heu! frustra vocant, qui tamen ab
 inferis revocare animos non possunt, sequi possunt?
Ex Dialog. S. Greg. l. I. c. 12.

*Totus mundus ad unius anime pretium aestima-
 ri non potest; non enim pro toto mundo Deus animam
 suam dare voluit, quam pro anima humana dedit:
 sublimius est ergo anima pretium, qua non nisi san-
 guine Christi redimi potuit. S. Bern. l. Med.*

B. NICEPHORVS MART. 16. Februarij.

NICEPHORVM Martyrem dicimus. Si iræ non
 cedis, Lector, martyrem alterum te dicimus.
 Fuit NICEPHORO familiaritas cum Saprithio Sa-
 cerdote à teneris contracta. Ea cum pueris cres-
 cere, adolescere cum adolescentibus visa, demum
 præter spem omnium in fatale odium vertit. NI-
 CEPHORVS quodd minus fellis animo gerebat, &
 majestati Sacerdotum oppidò faveret, de resar-
 ciendâ amicitia cogitare, ea que super re per in-
 ternuntios agere. Sed aures Saprithii ira obsessas
 tenebat. Interea gravis in Christianos tempestas
 Antiochiæ exorta turbine suo etiam Saprithium
 involuit. Nihil tamen in tormentis, aut dixit, aut
 fecit.

fecit Christiano indignum. Iamque ad palmam vocabatur, cum semel iterumque NICEPHORVS ad genua euntis accidit, lacrimansque veniam rogat. daret hanc moriturus pro Christo, si non sibi, certè ipsi Christo mortuo inter preces pro hostibus fusas. Audiebat hæc Spiritus, neque tamen vel verbis, vel oculo dignatus NICEPHORVM est. Ergo non placuit cælo palmam illi dare, qui se ipsum nollet triumphare. Cervicem præbere iussus, mortem turpi vitâ redimit, & Christi Sacerdos facere. cheu! Iovi promittit. nequicquam per omnes Superos obstante NICEPHORO, non referret, quem cælo jam posuisset pedem, non dimitteret, quam jam jam prehensisset palmam. Ne tamen gratis licet gladium strinxisset, accurrat ipse NICEPHORVS; & succedaneam victimam se obtulit. quid multis in aliena præmia involavit.

Ex Metaphr.

Discordans & dissidens nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis poterit evadere; quia scriptum est, qui fratrem odit, homicida est; quale ergo delictum est, quod nec Martyrio sanguinis potest abluiri? S. Cypr. serm. 6. de Orat. Dom.

S. IULIANA V. M. 16. Februarij.

Pulcherrimâ formâ IULIANA pulcherrimè est usa. In hæc enim velut speculo opificem hujus DAVM cepit intueri. Christo igitur addictam parentes Eleusio desponderunt, viro nobili & urbi Nicomediæ Præfesto. Sed quia superstitioni hic deditus erat, negavit IULIANA sibi fœdera nuptialia cum illo fore, qui animum hostilem in thorum ferret. Ab hoc proposito ut dimoveret parens, arietes admovit, minas; repulit virtus. Egit cuniculos,